

CAPVT II.

Conſilij Regij qualiter ad prouiden- da ea, quæ negotium fidei in Indiis concernunt, teneantur.

Aſſertio 1. teneri ſub mortali Conſilia- rios ad ne- gotium fi- dei promo- uendum.

Cap Prin- cipes.

Aſſertio 2. eandem eſſe circa miſſionem Miniſtro- rum Eua- gelij.

In quorum nulli mo- dum non ſeruiant.

Caffiodo- rus.

Ad illius ſeruiatio- nem quo- modo ur- genti.

Matth. 3. v. 15.

Dico primò. Tenentur ſub mortali peccati reatu. Probatum Primò ex dictis num. 1. Nam præcipua Regum Catholicorum cura hæc ſpectat & ſpectare debet; Atqui illi ad exonerandas circa hoc conſcientias Conſilium erexerunt: ergo Conſilij pari obligationis titulo conſtringuntur. Secundò. Quia Ordinationes primariæ pro eodem Conſilio editæ hoc præ aliis exigunt, vt videri poteſt in Summario Reſolutionis legum Indiarum Libr. 2. Tit. 2. Ordin. 8. & 9. Sibi ergo illud Diui Iſidori pro Indicâ Eccleſiâ ſpecialiter dictum intelligant, quatenus Principum noſtrorum auctoritatem hæc in parte communicant, & 23. Queſt. 5. Cap. Principes ſæculi, habetur: Cognoscant Principes ſæculi ſe Deo eſſe reddituros rationem, propter Eccleſiam, quam à Chriſto tuendam ſuſcipiunt. Nam ſiue augetur pax & diſciplina Eccleſiæ per fideles Principes, ſiue ſoluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum poteſtati ſuam Eccleſiam tradi- dit. Sic illè.

Dico ſecundò. Regij Conſilij graui- ter peccant, ſi non curent idoneos Miniſtros in Indias mitti ad fidem in illis promouendam. Probatum ex dictis Cap. 3. Tit. præced. & præſertim in Corollario. Ex quo ſequitur non eſſe tali obliga- tioni conſonas difficultates, quas multi, dum tales Miniſtri poſtulantur, obiciunt; vel quia neceſſarios non iudicant, vel quia dolent Regium ararium, expenſis in eorum tranſmiſſione facien- dis, neceſſitatum turbine occurrente, grauari. Quo in articulo Reges noſtri benigniores & munificentiores eſſe ſolent, rati quàm veriffimè di- citur tunc ararium fore, cum ſeruit Chriſto. Di- ctum quidem ſic à Theodorico Rege verbis illis: Indigentiam iuſte fugimus, quæ ſuadet exceſſus: dum permiſiſſiores eſſe in imperante tenuiſſis. Caffiodorus Lib. 1. 19. Sed additum ſtatim. Modus ubique lau- dandus eſt. Ad modum autem pertinet, eam non poſſe habere obligationem, ratione cuius locu- plitari ararium ſolet aſſidue, vt in caſu noſtro contingit, cum ſit orbi vniuerſo perſpicuum ex theſauris Indiis, ararium Regium frequentia incrementa ſortiri. Et præterea non arbitraria, ſed maxime vrgens agatur cauſa; vnde inter oc- currentes neceſſitates hæc debet omnium potiſſi- ma reputari.

Hic ergo laudandus eſt modus, vt me- rito reluctanti Conſilio dicere Rex Catholicus poſſit, quod aliàs Chriſtus Baptiſtæ ſuo difficul- tatem obicienti impoſitæ functionis: ſine modo; ſic enim decet nos implere omnem iuſtitiam. Matth. 3. v. 15. Vbi doctus Interpret: ſic enim decet nos &c. Non ego tantum, ſed etiam tu. Tu quidem, qui ſine modo oppoſitum conſiliaris; cum ad iuſtitiam implendam ego & tu pariter vigeamus. Sine mo- do. Scio modo aduerbium eſſe, ſicut & ſine ver- bum; & ita dum nomen facio, in propoſitionem verbo ſimiliter commutato, latentem ſenſum, non ſola verba deſumo; quæ tamen ſenſus pro-

prietate retentâ, accommodationem aliquam, vbi imitatio eſſe poteſt, non excludunt, non in- frequenti apud Scriptores ſacros vſu. Imitetur ergo Rex Catholicus regum terræ Principem; dicatque Conſilijarius minus ſe digna conſilian- ti: Sine modo eſt tuum in re adeo iuſtâ conſilium, & ita ſine modo difficultates obicere, Decet enim, Decorum eſt (ſic aliqui legunt apud Nouarinum) vt ego & tu omnem in hoc iuſtitiam impleamus. Impleamus, inquam quod Apoſtolica Sedi promiſimus, & homa- gium illud diuinum, quo facti ſumus Chriſti, & eius Eccleſiæ debitores.

Dico tertio. Cum negotia occurrunt ad religionem ſpectantia, qualia ſunt omnia, quæ ad ſpirituale bonum Indorum pertinent, etiam ſi tantum indirecè, vt temporalia quædam, quæ ad id conducere poſſunt, aliis omnibus præfe- renda ſunt, & ſub graui peccati reatu antè illa diſcutienda, & quantum eſſe breuiſſe poſſit, de- cidenda. Conſtat ex dictis: nam hoc eſt iuxta mentem Regum Catholicorum, vt ipſorum ver- ba manifeſtant: pro quo & eſt ratio comper- tiſſima: quia præcipua minus præcipuis præfe- renda ſunt, & accelloriis principalia: Negotia autem ad fidem Indorum ſpectantia, circa præ- cipua & principalia verſantur; quorum compa- ratione reliqua multò minoris faciendâ, cum cir- ca corporalia verſentur, illa circa ſalutem anima- rum. Pro quo eſt Cap. ſi habes 24. Queſt. 3. ex Diuo Auguſtino deſumptum in Epistolâ ad Au- xilium Episcopum, in quo ſic dicitur: Vnde & ſi vna anima per iſtam ſeueritatem diſciplinæ, quâ tota domus iſta anathematizata eſt, ſine Baptiſmate de cor- pore excundo perierit, innumerabilem mors corporum, ſi de Eccleſiâ homines innocentes violenter abſtrahan- tur & interſiciantur, huic damno non poteſt compa- rari. Hæc ibi. Si ergo vnus animæ ſalus tanti faciendâ eſt, quid de tot millibus, quarum in Regio Indiarum Conſilio negotium agitur, æ- quum fuerit ſentiamus? Vt magni illi viri intel- ligant de earum ſalute ante omnia, & præ om- nibus, iuxta occurrentes articulos, deliberatio- nem celeritatem ſuſcipiendam.

Accedit hæc de cauſâ à Regibus no- ſtris Conſilio injunctum, vt à litigiis inter par- tes cognoscendis & terminandis abſtineat, & hu- juſmodi cauſas Indiis Audiendiſſis remittat; vt ſcilicet ad ea, quæ gubernationem concernunt, plenius poſſit & opportunius attendere, in qui- bus liquet fidei cauſas eſſe præcipuas. Hinc Diuus Leo Magnus Marcianum Auguſtum me- ritò his verbis alloquitur Epistol. 43. in quibus e- juſdem præclarum elogium continetur: Sed quia pio ſtudio humani negotii diuina præponitur, & ra- tionabiliter ac religioſe regni veſtri viribus creditis pro- futurum, ſi nulla ſit in Sacerdotum ſenſibus diſſonan- tia, nulla ſit in Euangelij prædicatione diſcordia; ego etiam veſtris diſpoſitionibus non renitor, optans vt om- nium cordibus Catholica fides, quæ non poteſt niſi vna eſſe, ſimetur. Sic ille: qui & Theodoſium Impe- ratorem Epistol. 7. ſic aſſertus: Quantum præſidij Do- minus Eccleſiæ ſuæ in ſide veſtra clementiæ præpara- rit, hæc etiam hæretis, quas ad me miſiſtiſ, oſtenditur, vt vobis non ſolum Regium, ſed etiam Sacerdotalem animam in eſſe gaudeamus. Si quidem præter imperia- les & publicas curas piſſimam ſollicitudinem Chriſtia- næ Religionis habetis: quia tunc eſt optimus regni ve- ſtri

Aſſertio 3. Negotia ad bonum ſpi- rituale In- dorum ſpe- ctantia eſſe præfe- renda.

Cap. ſi habes.

Vnius ani- mæ ſalus rebus om- nibus præ- habenda.

Regia Or- dinationes quid pro- pterea de- cernant.

D. Leo Magnus Marciani Auguſti præclarum exemplum.

Theodoſij etiam.

ſtri ſtatus, quando ſempiterna & incommutabili Conſilijarius vt tene- dam. Præſertim vnus Deitatis conſeſſione ſeruitur. Hæc ſanctiſſimus & eloquentiſſimus Pontifex, quæ Regij Conſilij ad ſuam poſſunt dignitatem & ſollicitudinem deriuare, humanis negotiis præ- ponentes diuina, & non Regium ſolum, ſed Sa- cerdotalem animum concipientes; vt ſic Catho- licorum Regum Imperium ampliffimis profecti- bus ſtabiliatur, ſplendeat, dilatetur.

CAPVT III.

In proponendis ac conſultandis ido- neis miniſtris qualiter Conſilijario- rum Indicorum conſcientiæ circa ſæ- cularia Officia poſſint grauius onè- rari.

Benemeritos, ceteris paribus, præferendos.

Obſeruatione notanda.

Aſſertio 1. ſub mortali proponendos digniores, quilibet de diuerſitate opinionum ſi circa Regiæ elec- tionem.

Conſulenda circa hoc, quæ diximus Titulo præced. Cap. 5. & 6. pro Be- nemeritis, qui abſque dubio ſunt, ceteris paribus, præferendi; aliàs iuſtitia graui- uiter lædetur, & grauis iuſtitia violatio grauis etiam culpa eſt. Et licet Rex ob ſuperiorem in prouifionibus facultatem non peccare, poſſit for- tè contingere; non ita Conſilijarium, ad quem ſpectat plena pro Benemeritis informatio, quid- quid Rex ſit pro ſua voluntate facturus. Immo etſi præſumatur Regem non electurum præ aliis benemerentem, obligatio propoſitionis incumbit; ea enim notitia, quæ modo non iuuat, in aliâ occaſione iuuabit, vt prætermiſſus nunc, ad prouifionem aliam, meliorem forſitan, referretur. Pro his & aliis generaliter

Dico primò, etiam ſi ſententia ſatis probabilis ſit Principem non teneri ſub mortali ad electionem digniorum pro ſecularibus mune- ribus; pro quâ non ſolum boni Auctores ſunt, ſed habere etiam fortiffima argumenta affirmat P. Thomas Sancierus Tomo 1. Conſiliorum Lib. 2. Cap. 1. Dub. 36. num. 8. & tenet item num. 15. & Cardinalis Lugo Tomo 2. de Iuſtitia Diſput. 34. num. 17. & 19. Diana Parte 2. Traçt. 15. Reſolut. 67. & Parte 4. Traçt. 4. Reſolut. 172. P. Luſtus Tur- rianus in Selectis Cent. 2. Cenſur. Dub. 87. poſt Patrem Vaſquez Opusculo de Beneficiis n. 97. Ante quem Card. Caietanus in Summa V. Electo. Quos & ſecuti Molſeus, & Homobonus, quos adducit Diana Parte 1. Traçt. 15. Reſol. 67. Conſilij tamen ſub mortali tenentur proponere dignio- res, gradu dignitatis expreſſo. Sic Illuſtriſſimus Zapata Parte 2. Cap. 6. num. 25. & colligitur ex Dom. Solorzano Tomo 2. Libro 4. Cap. 12. num. 31. & ſeqq. & in Politicâ pag. 898. vbi alios re- fert. Qui ex eodem Conſilio cum fuerit, non poterunt illius Conſilij cum fundamento con- queri, quod illis rerum earum inſeij onus grauiſ- ſimum imponamus: cum aliàs opinio ſatis pro- babilis ſit, teneri electores ad digniorum præla- tionem, & Conſilijarios conſequenter: ne, ſi a- liter faciant, eorum cooperentur peccato, quod non ſolum ex charitatis lege, ſed ratione officij debuerant evitare. Videantur dictæ opinionis Auctores apud P. Sancierum ſuprà num. 9. & Dia- nam: ex quibus eodem congerit Cardinalis Lu-

go, & Eligius Baſſæus V. Electio 11. vbi eandem amplexus.

Ratio eſt clara: nam ea eſt Regis in- tentio, dum Conſilijarios aſſumit, vt ſcilicet ei notitiam Reipublicæ vtiliſſimam, quam aſſequi per ſe nequit, inſtillent: Atqui digniorum no- titia vtiliſſima eſt Reipublicæ, aliàs nunquam poterunt ad publica munera emergere: ergo il- lam non inſtillare Regi, ſine graui ſtate reatu nequit. Vnde dubitari non poteſt Regem, ſi ſci- ret ita ſe Conſilijarios gerere, eos grauiſſimè pu- niturum. Et de Indiis loquendo, id eſt magis vr- gens: quæ enim in illis damna ex minus conue- nienti gubernatione proueniunt, difficilè repa- rantur, ob Regalis immanem diſtantiâ poteſtatis.

Dico ſecundò. Aſſertio præcedens ita intelligenda eſt, vt tunc procedat, quando de majori dignitate, certa aut certitudinè proxima habetur notitia, iuxta dictâ Titulo præced. num. 72. quod non ſæpè contingit. Si enim informatio- nes ſumendæ ſint iuxta ea, quæ ex Indiis remit- tuntur, magnum eſt in illis errandi periculum, vt expertus admonet Dom. Solorzano ſuprà num. 20. dicent hac de cauſâ multum cauere Con- ſilijarios Indicos debere, ne faciles ſint ad cre- dendas delationes & relaxationes, quæ ex In- diis ſcribuntur, quia ſæpè facile decipiuntur. Pro quo & videndus Cap. 8. num. 18. & addi certè à me poſſent experientiæ multiplicès veritatès hu- jus, quas tamen ſufficiat hoc generali aſſerto protuliſſe. Iuxta quæ non erit facile exceſſum dignitatis inter conſultandos & proponendos apprehendere, & ita proponi omnes poterunt; vel ſi vnusquispiam, id pro libito proponerit. Quod ſi exceſſus notabilis non ſit, ſed momen- ti exigui, non erit cur Regij Conſilij minus anxij in hoc eſſe negotio debeant, ſi Chriſtiandæ aliàs, & ſemotis affectibus, procedere ſint para- ti. Vnde Conſilijarius, qui cogitatum habet, de cuius ipſi capacitate ad munus aliquod innoteſ- cēt, non prohibetur iuxta merita probè nota pro- ponere: neque enim ſicidoneus, propter cogni- tionem Conſilij, idoneitatem amiſit, quæ ad auctarium meritorum conferre poteſt; cum ſic ſatis æquum Conſilijarios à Rege hoc pacto ho- norari, quorum fidelitatem in ſublimi adeo mu- nere ſæpius contigerit experiri.

Æqualitatem autem, vel exceſſum non obſtante in electione aliter explicat Cardina- lis Lugo ſuprà num. 22. ait enim, eligentem vn- um illam debere regulam obſeruari, vt ex elec- tione Miniſtri non ſequantur inconuenientia in Communitate, ex fidelitate ſcilicet & iuſtitia. Quæ obligatione ſemel poſitâ, parum diſcriminis in praxi eſſe poterit: quia poſitis duobus, quo- rum alter eſt dignus, alter dignior; ille, quem dicis eſſe dignum, talis eſt, vt eo electo Com- munitas non pariatur detrimentum in ordine ad ſuum finem? Si enim talis eſt, illa maior dignitas alterius videtur per accidens ſe habe- re ad hoc vt debeat præferri. Nam ſi prior habet tantam ſcientiam & peritiam, vt non ſit periculum errorum in ſuo officio perignorantiam, illa maior doctrina & peritia alterius, licet reddat illum aptum ad aliud officium dif- ficilius, quod ſubtilioret & maiorem doctrinam exigat, non tamen videtur reddere illum ap- tiorum

Ratio con- cludens, ex officij in- ſtitutione.

Aſſertio 2. præceden- tem intelli- gi cum no- titia ſuffi- cients ha- betur, quod non fre- quens, ob Indiarum re- lationes.

Notanda pro praxi.

Æquali- tatem & exceſſum quomodo explicet Card. Lu- go.



torem ad hoc officium, ad quod ille doctrinæ excessus non conducit. Si ille prior ob minorem doctrinam sit in periculo errandi circa hoc officium, jam eo ipso non est dignus simpliciter, nec eligi poterit, nisi in defectu alterius. Vnde in praxi sæpè decipiuntur electores judicando dignum, qui reuera non est talis simpliciter, sed intantum eligi poterit, inquantum non inuenitur alius, qui verè dignus sit: ad quem inueniendum debet apponi maior diligentia, quæ frequenter ab electoribus non adhibetur; sed ex iis, quos obuios habent, in quibus fortè nullus est simpliciter dignus, sed solum minus indignus, eligunt, quem malè vocant digniorem. Iuxta quam philosophandi rationem videtur consequenter dicendum, posse etiam Consiliarios quemcumque absolute dignum proponere, sine excessus qualitate; quia per accidens se habet ille; cum etiam sublato, nulla inconuenientia in officio, de quo agitur, exercitio timeantur. Quod propter grauissimi scriptoris auctoritatem potest vt probabile sustineri.

Quid inde pro Consiliarijs.

Difficilis explicatio dicta ostenditur, contra quam arguitur efficaciter.

19 Sed est certè doctrina illa difficilis. Nam etiamsi ex electione minus digni nulla specialia inconuenientia timeantur, excessus alterius non se habet per accidens, quia confert vt officium, de quo agitur, melius tractetur, & maiora commoda in Republica subsequantur. Quis enim dubitet meliorem cuiusque muneris tractationem Republicæ accidere commodiorem? Sicut in ministerijs seruilibus est videre: vnus enim alio melius seruit, estque talis melior seruiendi modus absque dubio commodior iis, in quorum commodum adhibetur. Et quidem sine periculo errandi potest esse maior perfectio in modo operandi: ad bonum autem Republicæ non solum confert quoddam erroris periculum abire, sed etiam quod ministeria perfectius obeantur. Maior autem ista perfectio non potest dici per accidens, cum ad tale ministerium spectet, quæ tale est, ex quo boni aliqui effectus haberi possunt, quos ex ministerio minus dignè obito Republica non habebit. Quod quidem adeo videtur perspicuum, vt mirer viro tanto talem philosophandi modum placuisse.

Ex eiusdem doctrinæ conuoluitur de eligendo in cõkursu meliore.

20 Quem ex ipsius doctrinâ possumus etiam aperte conuellere, quia num. 18. docet in concursu digniorem eligendum, quia licet vterque pertingat ad gradum dignitatis, qui requiritur vt satisfaciatur Communitati; ille tamen doctior, vtilior est ipsi communitati, atque ideo magis dignus, non solum comparatiuè ad alium concurrentem, sed in ordine ad ipsum officium. Tum quia licet ille minus doctus possit occurrere inconuenientibus & periculis circa tale munus; alius tamen, qui maiorem doctrinam, vigilantiam & experientiam habet, non solum periculis occurrere poterit, sed etiam noua commoda & maiores utilitates Communitati afferre, quod in Governatore magis specialiter prosequitur. Tum etiam quia dignus non poterit occurrere, & vitare inconuenientia & pericula subtiliora, licet communiter occurrentia possit; quæ tamen dignior præstare poterit. Sic ille philosophatur, manifestissimè ostendens maiorem dignitatem non se habere per accidens in concursu. Sed ex eadem doctrinâ non minus manifestè sequitur,

etiam concursu non extante, idem similiter dicendum; quia siue hoc siue illo modo prouisia officij fiat, semper Republicæ aut Communitatis bonum attenditur. Quare doctus Magister num. 21. docet in praxi semper regulariter esse eligendos meliores; cum enim excessus per accidens se habeat, illum non debet elector attendere, quandoquidem attendere non debet quæ per accidens se habent; quæ enim per accidens se habent in ordine ad officium, etiam se habent per accidens in ordine ad electionem, vt si excessus sit in musica, poësi, aut mathematicis.

Et de regy. lari dignior in praxi electione, cuius oppositi damna recensentur.

21 Et quidè cum regulariter eligendos digniores dicat, quidquid de vnâ aut alterâ digni electione sit, ob grauiam inconuenientiam, quæ alias in Republica sequerentur; obreperet enim frequenter indigni, langueret studia, ingenia torperet, egrègiarum in Republicam meritorum cura esset nulla, sed ambitio omnia miscerentur. Cum, inquam hoc ita sit, non video cur contendat, discrimen hoc dignorum & digniorum non multum in praxi plerumque referre. Si enim in praxi digniores præferendi ob inconuenientiam illa grauissima, quæ ex aliorum electione sequuntur; ergo discrimen tale quoad praxim multum refert. Quomodo enim non multum referat, ex cuius omissione adeo grauiam incommoda sequerentur? Hoc ergo Regij Indiarum Consiliarij serid pro suo doctrinæ & pietatis gradu sublimiore considerent, & præfatis inconuenientibus studeant idoneorum Ministrorum examine subuenire.

CAPVT IV.

Circa Ecclesiasticas prouisiones Quæstio eadem.

Circa hoc videnda quæ diximus Titulo præcedenti cap. 7. pro quo &

Affertio 1. digniores in Consultationibus præferendos.

22 Dico primò. Ad Ecclesiastica munera digniores debent à Regis Consiliarijs in consultatione præferri. Constat ex dictis num. 15. & 16. Si enim ad temporalia munera digniores præferendi sunt cum qualitate excessu, euident est in Ecclesiasticis idem potiori iure faciendum. Pro quo & videnda quæ diximus Cap. 2. Nam Ecclesiasticæ prouisiones negotiorum conuersionis Indorum concernunt, & ita sunt ex eo etiam capite temporalibus præferenda. Quibus addo indignitatem, & perspectam nobilitatem, ad dignitatem conducere: id quod in Benemeritis Indicis obseruandum, iuxta id, quod tradidit Illustrissimus Zapata Parte 1. cap. 8. n. 10. & 11.

Indignitatem & nobilitatem ad dignitatem spectare.

23 Dico secundò. Idem deceptionis periculum, quod esse Cap. præced. Affert. 2. vidimus, ob sinistras relationes, in causâ præfati verfat: vnde Regij Consiliarij possunt iuxta prudentem in casu singulari discursum, dignitatis conceptum efformare. Constat ex ibidem adnotatis: pro quo & multa possem experimentis frequentibus deprehensa hoc in genere, hoc inquam sacro & inuolabili, cumulare.

Affertio 2. de periculo deceptionis iuxta dicta num. 6.

24 Dico tertio. Regij Consiliarij ad Episcopatus non debent proponere præfatos, siue manifesti, siue sint etiam simulati, quod non erit difficile coniectare. Constat; quia eo ipso quod

Affertio 3. ad Episcopatus non esse proponendos præfatos.

quod præterdant, sunt indigni iudicandi, vt clamant Iura. L. Si quemquam 39. C. de Episcopis & Clericis, sic aiunt Imperatores: Castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, vt quocumque locorum peruenerit, omnia vitæ integritate purificet. Tandem ab ambitu debet esse sepositus, vt queratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi. Profecto enim indignus est Sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus. Sic illi. Cap. Miramur 61. dist. ex Diuo Leone Magno Epist. 85. al. 83. sic habetur: Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimem, sed augere discrimen; integritas enim Præsidium, salus est Subditorum; & vbi est inolumitas obediencia, ibi est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut fiducia extorsit, aut ambitus occupauit, etiamsi moribus aut actibus non offendit, ipso tamen inuiti sui est perniciosus exemplo; & difficile est vt bono peragatur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.

Cap. Miramur.

25 Ex Symmachio Papâ sic etiam in Cap. Nullus itaque, 1. quæst. 1. decernitur. Nullus itaque per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere; nam cum hic excessus in laicali conuersatione culpetur, quis dubitat quin Religiosis, & Deo seruientibus iniuriat vel inuentat opprobrium? Sic ibi.

Glossa.

Vbi Glossa marginalis hæc habet: Infamia irrogatur dignitatem petenti. Nomine autem Religiosorum Clericos intelligi, Glossa ibidem aduertit. Pro laicali autem conuersatione alluditur ad L. 1.

L. 1. D. ad L. Iuliam.

D. Ad L. Iuliam, de ambitu, vbi pena statuitur ambientibus. Cap. Sicut is 1. quæst. 6. ex Diuo Gregorio lib. 7. Epistol. 110. ita dicitur; Sicut is, qui inuitatus renuit, questus refugit, sacris altaribus est admoendus; sic qui vltro ambit, vel importunum se ingerit, est proculdubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid aliud agit, nisi vt crescendo decrestat, & ascendendo exterius, interius in profundum descendat. Sic ille. Vbi de Ordinatione Sacerdotum agit; sed ex eo ad Episcopalem dignitatem robustius instruitur argumentum: & doctrina Textus est generalis pro electione, licet de Sacerdotio præfessit Pontificia doctrina. Vnde Glossa adducit locum Apostoli 1. Timoth. 3. vers. 1. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

1. Tim. 3. v. 1.

26 Ne autem quispiam eo deceptus ambitionem foueat, occurrit Cap. Qui Episcopatum. 8. Episcopatus desiderio nõ colligi ambitionis illecebram.

Ex Apostoli loco de Episcopatus desiderio nõ colligi ambitionis illecebram.

27 Ne autem quispiam eo deceptus ambitionem foueat, occurrit Cap. Qui Episcopatum. 8. Episcopatus desiderio nõ colligi ambitionis illecebram.

28 Non omne, quod desiderari potest, est procurabile.

apud P. Suarium Tomo 4. de Religionibus lib. 6. cap. 7. & 8. P. Bauny Tomo 1. Tractat. 8. in Epitome Capitulis 4. s. Sexto, ne ambitu, & alios; quorum est potius probanda doctrina, quàm ea, quæ placuit Dom. Villaroel suam causam agenti Parte 1. Pæfata gubernationis, Quæst. 1. Articul. 13. præfertim numer. 54. & seqq. & numer. 76. vbi de promotione.

27 Est autem tunc indignior & damnabilior ambitionis pestis, cum venalitate aliquid intercedit, quàm præfertim Diuus Gregorius abolendam dixit citato Cap. Sicut is. Et in præfatoribus Indicis est penitus dispiciendum, qui ad huiusmodi conquestas solent accedere aureis & argenteis armis roborati. Si præfertim Religiosi fuerint, qui à Curia penitus relegandi, ipse omni obtinendi, quod ambitu, obruncatâ. Et licet omnes simonia se dicant monstrum hæreticale perhorrescere, nescio an reipsa virtus eiusdem euitetur. Cum enim auro & argento res agatur, mutabuntur quidem nomina, mali perniciè non mutatâ. Circa quod subtiliter & eleganter Cameruel, non ambitur, sed meritum suffragio iam Episcopus, in hunc modum declamat, simonis Magi historia præmissâ, de quâ Act. 8. in Theologia moralis n. 865. Cum rigorem hunc verborum subaudio (scilicet D. Petri dicentis simoni; Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei exultimasti pecuniâ possideri) heroe totus, & miror, vel nostrates esse tam doctos, vel tam indoctum Petrum. Piscator ille erat, hi Doctores: sed permisit Omnipotens multa reprehensione digna in verbis Doctorem, nulla in Piscatorum reperiri. An non possit Simoni Petrus vendere, non quidem spiritum sanctum, sed honorem inde resultantem, eodem modo, quo locus honoratior pro sepultura vendi dicitur citra simoniam? & quidem Simonem non curasse spiritum sanctum, sed plausum atque auctoritatem, quam apud vulgus habere poterat, videtur ex verbis sequentibus D. Petri suaderi, videlicet: Non est tibi pars, neque fors in sermone isto; cor enim tuum non est rectum coram Deo: Deinde, cur non possit Petrus abstractendo ab spiritu sancto, vendere laborem insuperum in concessione huius potestatis: nam vel debebat manus simoni imponere, vel aliquem locum adire, vel aliqua verba proferre; quæ omnia physica & materialia pretio estimabilia sunt, iuxta eorum doctrinam, qui docent intercedenti onus & laborem itineris suscepti pro collatione Beneficij vendi posse? & si sine simonia possimus res spirituales commutare, vt si te obstringas ad dandam Eleemosynam tali pauperi, & ego ad conferendum Beneficium; cur non possit Petrus potestatem illam tradere, & titulo eleemosynæ pecuniâ oblatam accipere? Verè hæc omnia obscura & intricata sunt, quia, si poterunt fieri, non est cur tam crude Simon à Petro reprehendatur; maxime cum debeamus proximorum actiones in meliorem partem interpretari. Fateor me herere, cum hæc historiam lego; videtur enim omnes opiniones benignas, quæ in hac materia sunt, destrueret. Sic ille. Et verò vt historia illa omnes benignas opiniones non destruat; quosdam certè venalitate palliat modos, quos magna artium magistra adinuenit ambitio, neque Consiliarijs Regis, viris sanè scientissimis ignoti esse possunt, aperitissimè demolitur. Vbi ergo tale aliquid, quod ablit, olfecerint, sic insambus portæ non pateant dignitatum. Cap. Insambus, de regulis juris in sexto: earum præfertim, quæ inter omnes amplissimæ,

Venalitas in prædictis pestis penitus abolenda.

Elegans Cameruelii discursus circa Simoniam palliationem, vt suam committatam.

Quas opiniones citat Simoniam, D. Petri sententia conuellit.